



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd Nestorio Constantinopoli succeßit episcopus Maximianus, et illi  
Proclus, deinde Flauianus. Capvt VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**



EVAGRII HISTORIAE

multaremur exilio. Ac paulo infra. Sis, quæso, his rebus, gestis contentus: satis sit tibi, tot exilia contra vnum corpus decreuisse: acquiescas, amabo te, incommodis, quæ iam abs tua amplitudine accepimus. Quæstionem, quæ est exercenda de nobis (per quos oportuerat causam declaratam, fuisse) quæso imperatoribus nostris inuictissimis, vt æquitas postulat, permittas. Ista consilia à nobis ad te, tanquam à patre ad filium scripta sunt. Quòd si eadem iam, sicut antea, grauitè & iniquo animo feras, fac quod voluntas iuber, si modò vincere ratio non possit voluntatem.

Ad istum modum Nestorius tam imperatores, quàm eorù magistratus literis, velut pugnis & calcibus verberare, maledictisq; figere non dubitauit: neque rebus aduersis, quas pertulerat, ad modestiam traductus fuit. Ipse equidè accipi à scriptore quodam modum, quo decepsit è vita, talem fuisse: nimirum eius linguam vermibus exesam esse, sicque eum ex huius vitæ miserijs ad grauiora supplicia iusto dei iudicio infligenda, eaque sempiterna migrasse.

*Quòd Nestorio Constantinopoli successit episcopus Maximianus, et illi Proclus, dein à Flauianus.*

CAPVT VIII.

**P**ost scelerati Nestorij mortè, episcopatù Cōstantinopolis, vrbs percelebris, capessit Maximianus: cuius tēporibus ecclesia Dei pace fruebatur tranquillissima. Quo mortuo, Proclus illius sedis gubernacula suscipit. Cui viam vniuersæ carnis conficienti, succedit Flauianus.

*De infortunato Eutiche, & quomodo à Flauiano Constantinopolitano Episcopo, de gradu deturbatus sit, & de secundo concilio, illo scilicet nefario, quod Ephesi coiuit. Cap. IX.*

**T**emporibus Flauiani error impij Eutichis oritur: de quo Conciliù prouinciale cogitur Constantinopoli: inq; eo Eusebi<sup>o</sup> Dorylèsis episcopus, & dicèdi facultate peritus, prolatis libellis, primus Nestorij blasphemiam coarguit. Vbi verò Eutyches accedit vocatus, istos errores tenere suis ipsius verbis deprehenditur. Nam confite-

or, in-